ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GUIDO DE MONTE ROCHERII. THOMAS EBENDORFER. NICOLAUS DE DINKELSBÜHL. NICOLAUS DE GRAETZ. SPECULUM HUMANAE SALVATIONIS

um 1420/1453 (nach Wasserzeichenbefund) Seite 271r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=549
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

duc pt quis moueri ad operandum primis et ad eorum misericordiam relevandum secundo propter aliquod humanum quia sibi sint quasi sanguinei aut familiaritate vel saltem naturae similitudine. Et hoc pertinet ad virtutem quae vocatur misericordia. Alio modo moueri quis ad compatiendum et subveniendum primorum propter aliquod divinum quod est supra conditionem humanam ut sicut quia sunt filii dei aut quia sint divina similitudine insignati et ad dei imaginem creati. Et hoc est multo excellentius quam praedens. Et pertinet ad hoc donum spiritus sancti quod est pietas quo dono proximis ex proximis causis compatimur primis et eorum defectus corporales et spirituales quasi posse reducere ad honorem dei quia ut dicit Augustinus in de Civitate dei. Talia opera deus principue mandat fieri et ea sibi pro sacrificiis placere testatur. Unde et apostolus talia quasi opera hostias vocat ad hebreos ultimo dicens beneficentiae et communionis nolite oblivisci. Talibus enim hostiis promeretur deus vero et domino operam misericordiae valde extollit. Cum Osee VI dicit misericordiam volo et non sacrificium quod est castus respiciens ut sic talem se

de dono fortitudinis

Quoniam maius nostrum est bellorum atque certaminum spiritualium quassio contribuia. Quia diu enim sumus in hac vita sumus undique obsessi et circumdati hostibus fortissimis sicut mundo carne. Demonibus puerilibus hominibus diaboli membris ex quibus nobis ex omni parte imminet periculum audere ex quo nos impugnant et expugnare intentant. Daturus dono in pietate et ne electi ab illis hostibus audere et in hac spirituali pugna succubas armat eos et munit eos deus dono spiritus sancti quod vocatur donum fortitudinis ut illo dono firmati se contra hos hostes defendant et pugnantes vincant et ab omni remuneratore inestimabilis victoriae coronam recipiant. Est autem ita hoc donum fortitudinis non ut quasi pluribus sint infirmitates et debilitates aliquid hujusmodi propter quas talis infirmi facilitate superabiles sunt in spirituali pugna nisi firmentur et armentur illo dono spiritus sancti sicut in bello corporali debiles viribus et membris facilitate vincantur aut deficiunt a fortibus et armatis. Nam omnis debilitas ut hujusmodi est propriae commitas quae est quidam